Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mentis habitu carnis ostendit. Orabat ut si fieri
posset transiret a eo hora. & dixit. Abba pater: omnia tibi
possibilia sunt transfer calicem hunc a me. Quid erat illa
uox nisi salus infirmitatis nostre. Multi adhuc infirmi erant .A.
stantes futura morte si habeant rectum cor: Querent mortem
quantum possunt. si si non possunt dicant quod ipse dis non propter
se sed propter nos dixit. Quid enim dixit. Pater si fieri potest transfer
a me calix iste. Ecce habes uoluntatem humanam expressam
uide iam rectum cor: Sed tu quid ego uolo sed quod tu. Non ue .B.
ni unquam facere uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me.
Sua uoluntatem dixit quam temporalem sumpsit ex uirgine.
uoluntatem uero eius qui eum misit eam uidelicet signans quam interna
poralem eternus habuit cum patre communem. Orat transire
calicem ut ostendat uere se & homo erat. Reminiscens autem
& propter quod missus est perfecit dispensationem ad quam missus est
& clamat. Sed non quod ego uolo sed quod tu. Si non mortem mors me
morietur sedim carnem uidelicet transeat a me calix.
Verum se non aliter hoc fit aut. Non quod ego uolo sed quod tu. Quod
autem patrem inuocans duplici nomine dicit abba pater:
utrique populi illi & iudei scilicet & gentilis dim esse ac sal
uatorem ostendit. Idem namque abba quod & pater significat. Sed
abba hebreum pater greccum est & latinum. Vt quod utrumque populum
in eum credituru ab utroque eum inuocandum esse doceret.
utraque lingua eum primum ipse inuocat. Ipse enim est bonus
pastor qui animam suam dando pro ouibus suis unum de duobus
gregibus ut io. x. ouile fecit. Ideoque utrique uoce gregis au
xilium pa – tris flagitat. ut nos utrique exemplo illi in
formati si in ubi aduersa immunere senserimus nos pa
tre dim gamus a hebreo abba inuocantes una fidei & cari